Nobilissime Domine

Vide quanta fiducia ad equitem accedit ex parvis Quiritibus
pedestris, et e trivijs homo amicitiae tuae fores pulsat, et
Augustum Constantini nomen compellat Schrevelius humili
sedomate, petit ut Eucharisticum ad Deum opt. Max.
benigne excipias, et munusculum hoc qualecunque litterarium
aequo animo accipias, et hanc mihi officiosam operam praestes
ut tua manuductione sub aspectum illustriss. Principis ve-
niat, et Excellentiae eius ea animi submissione offeratur
qualis et subditum, et humillimum clientulum decet; habebis
me Domine tanti beneficij non immemorem debitorem,
et ad oia officia paratissimum: Ita me amet aeternus,
cui amplitudinem tuam atque adeo totam familiam comendo
Vale XIII. April. Hagae Comitis.

Amplitudinis tuae studiosissimus

C. Schrevelius.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

B.P.L. 1961
Schrevelius Cornelius

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1961
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/s16

20

D. D. Constantino
Hugenio Equiti et
Illustriss. Principi a
Secretis.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1961
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/s16